



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XI. Oram orationis adbibere. Ora pro rei initio. Miles Plauti emendata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

In Discedere.

*Sisenna Histor. IV. Armata dextra ducti magisque
latitudinem discedunt.*

Scribendum, *Armata d. d. magis magisque in Latitudinem.* Elegans ea geminatio, & frequens optimoque scriptorum veterum. Ad quod exemplum Jularia Plautus vsitauit, plus plusque: minus minusque.

Plus plusque isthuc sospitent quod habes. Et:

At ille vero minus minusque impendio

Curare minus, que me impertire honoribus.

Itaque haec scio ane exciderit vocula apud Terentium Eunuchus.

— & quia consimilem luserat

Tam olim in ludum, impendio magis animus gauderet mihi.

Scribendumque sit, *impendio magis magisque.* Et eam lectionem neque numeri excludit, & sententia proprie flagitat. Sed ad Sisennam redeo.

Macrobius Saturnal. VI. IV.

Sed & Sisenna in secundo dixit. Et Marsi proprias dunt, atque ita scutis proiectis tectis saxa certantia manibus coniciunt in hostes.

Corrigo, *scutis proiectis tectis saxa certantia lecta manibus.* Proiecta scuta dixit obtenta & obiecta ictui hostium & ita accepisse Macrobius docet versus Virgilii *iecto dum pede laqueo aptat se pugna.*

CAPVT XI.

Oram orationis adhibere. Ora pro rei initio.

Miles Plauti emendata.

MILITE, Scena Mihi ad enarrandum.

Ego quanto citius possum mihi nauem paro.

reponendum verbum vetus, Ego quantocytus
Mox:

Vbi sumus prouecti in altum, id quod volunt,

Capiunt pradones nauem illam vbi vectus fui.

Age sermonis, id quod volunt. quis enim existimet
nos noluisse capere nauem, quam adorirentur? Cen-
seo corrigendum esse, illicò aduolant Pradones, capiunt.
Fons corruptelæ vicinitas litterarum. D & L, &
C & Q.

Scena, Rem omnes.

meretricem commoneri

Quam sanè magni referat mihi clam est. quin ego me
frustro

Postquam admisere aures tua meæ moxam orationis

tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari.

Hæc è vestigiis Vaticani elegantissimus Lipsius,

Postquam adhibere: sententia tamen nihilo magis aper-
ta est, quam immutatione non magna præciarè (quid
nimis verat dicere, quod seruo?) restitui:

meretricem commoneri

Quam sanè magni referat, nihil clam est. quin ego vltro,

Postquam adhibere aures meæ tua oram orationis,

Tibi dixi &c.

Meretricem, ait, in maleficio monere nihil opus ef-
fe, palam est; vtpote quæ omnes moles maleficas do-
mi habet. Etenim me vide, quæ tibi, simul exorsus
es narrare de circumueniendo milite, vltro modum
eius rei perficiendæ ostendi. In prioribus editiones
vereres expressi; vnum dumtaxat ausus ex frustra fa-
cere vltro: quod & sententia, & numeri flagitant,
neque ita longè ab alterius vocis vestigiis. Ne-
que morari hic lubet, dum ostendam quam inèptè
hæc-

hactenus libros obfederit, *mora*. Orationis ornate
bibere est sermonem degustare: translatione a
quæ aquam imbibunt venustissime ducta. Et est
non tantum terre, sed cuiuscumque rei initium, ait
stus. Cæcilius:

Oram reperire nullam, quam expediam, queo.

Ennius:

Qui potis ingentis oras euoluere belli.

CAPVT XII.

*De silicernio, notata quæpiam. λίχνοι. Rapere de rogo
nam. Bustirapi. Correcta glossæ veteres. & apud
num Varro.*

SILICERNIUM notum est conuiuium funebre
fuisse: illud fortassis non perinde manibus defuncti
ab exsequiis oblatum, neque fas fuisse degustare
eo quidquam, qui intulissent; sed tantum cernere
lentio: vnde veriloquium eius nonnulli deducunt
auctor in Adolphos Donatus, & Glossarium veterum
Silicernium, περιδειπνον. λίχνοι δ' ἄπτεν ἐν πείθει
δῖος. Arbitror enim litterulæ mutatione rectè re-
tuli, λίχνοι. οἱ λίχνοι Hesychio ὀφθαλμοὶ sunt: ij adert
quidem, sed nihil gustabant. Causa cur abstine-
rent, ne funestarentur. nam quisquis eorum quæ ma-
nibus libantur quippiam siue ederet siue biberit, fun-
nestatur. Inde in maledictis & execrationibus, ca-
nam è rogo rapere. Catullus:

Vxorne Meni, sepe quam in sepulchris

Vidistis ipso rapere de rogo cenam:

Cum deuolutum ex igne prosequens panem

A semiraso tunderetur vstore.